uere Epiſcopus de iure communi, vt doce Simancas, de Catholicis inſtitutionibus ca. 3. Caietanus in Summa verbo, Excõmunicatio cap. 1. Maximè quia Epiſcopus ex officio eſt Inquiſitor Ordinarius contra Hęreticos, vt probat Didacus Perez lege. 3. tit. 4. lib. 8. Ordinamẽ, pag. 85. in fine, & 86. y 99. & Doctor Viualdus in ſuo Candelabro aureo, pag. 1. tit. de Abſolutione Sacramentali. nu. 12. Cæterum iam nunc id non poteſt Epiſcopus, niſi dũ caſus Hæreſis eſſet ocultus, per Concilium, Triden. Seſſ. 24. cap. 6. in fine.

¶ Secundo dico, ꝙ per Bullam vllam [etiam Cruciatam,] vel priuilegium aliud nunquam Papa concedit, nec cenſetur concedere caſum Hæreſis completę & exterioris: niſi clare id exprimat. Ita Couarr. in c. Alma, ſupra. nu. 15. Simancas. in Inchirid. c. 51. nu. 4. & in addit. de Catholic. Inſtitution. c. 3. in principio. Felinus in cap. Poſtulaſti. de Reſcrip. D. Ioann. Rojas de Hęretic. 2. p. aſſert. 39. vbi dicit ita declaratum fuiſſe per motum proprium Pij. 5. anno 1572. die 30. Iunij. idem repetit in tractatu de Priuilegijs Inquiſitorum. §. 416. Significant. Mandoſius in praxi. tittulo

Abſolu-